

1279.

723.
Ex ms. Arch. cap. Ploienſis

Privilegium Boleslai Ducis Conſir-
matorium libertatum Ecclesie Plo-
censis per præcessores donatorum et
de Pirzischevo ac Tori.

214

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi
Amen. Nos Boleslaus divina clementia
Masovia Dux Universis presentibus et fu-
turis declarando publicamus, quod cum Ec-
clesiam Ploensem nostrorum Prædecesso-
rum pia munificentia emunitatibus glorio-
sis cognoverimus non mediocriter illustrata,
quod et honorem in terris ampliore
increverunt, et in celi fastigijs gloriam et
Coronam. Ipsi cupientes eorum fieri ido-
nei sectatores pro nostra salute, et no-
strorum remedio peccatorum promittimus
non solum easdem emunitates inviolabi-
liter observare sed et ad humilem suppli-
cationem nobis devoti, et Venerabilis
Patris Thoma Dei Gratia Ploensis
Episcopi hanc nostre liberalitatis gratiam
addicimus specialem, ut Villa Pirisevo
dicta, et alia que Tori vulgariter dicitur
eadem gaudeant libertate quod antiquæ
ville ex nostrorum prædecessorum privi-
legijs noscuntur obtinere. In cuius rei te-
stimonium presens scriptum ipsi Episcopo
et Ecclesie obtulimus nostri sigilli mu-
nimine roboratum, Datum et actum
Anno Domini 1279.

